

# Electronic Manipulus florum Project

www.manipulusflorum.com

## Predicacio f cum editione moderna

Predicator laboret ut intelligenter, ut libenter, ut obedienter audiatur; et hoc se posse magis pietate oracionum quam oratoris facultate non dubitet ut orando pro se ac pro illis quos est alloqueturus sit prius orator antequam doctor et in ipsa hora accedens priusquam exerat proferentem linguam ad Deum leuet animam sitientem, ut ructet quod biberit, uel quod impleuerit fundat.

Augustinus libro III. de doctrina Christiana.

Agit itaque noster iste eloquens, cum iusta et bona et sancta dicit; neque enim alia debet dicere; agit ergo quantum potest, cum ista dicit, ut intelligenter, ut libenter, ut oboedienter audiatur; et haec se posse, si potuerit et in quantum potuerit, pietate magis orationum quam oratorum facultate non dubitet, ut orando pro se ac pro illis, quos est allocuturus, sit orator antequam ditor. Ipsa hora iam ut dicat accedens, priusquam exerat proferentem linguam, ad deum leuet animam sitientem, ut ructet quod biberit, uel quod impleuerit, fundat.

Augustinus Hipponensis, *De doctrina christiana*, 4, 15 (CCSL 32, K.D. Daur & J. Martin edd., p.138, ll.1-10).